



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Libellus de modo co[n]fitendi et penitendi

[Deventer], [ca. 1498 - 1499]

p[e]niam agas. i. velociter pro quando Euteas cito peccator cum sit  
misericors .s. christus ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31245**



# Quidam fructuosus libellus de modo cōfitendi et peni tendi. Feliciter incipit.

pniam agas. i. velociter

pro quando

**Eviteas cito peccator**

**cum sit**

misericos .i. christus

**miserator iudex**

**¶** Presens libellus est tractatus de penitētia siue de mo  
do penitendi tanq̄ de subiecto. Et diuidit̄ in duas par  
tes p̄ncipales. In quarum p̄ma determinat auctor de penitētia. put resp̄  
cit penitentem. In secūda pte determinat auctor de penitētia. put resp̄  
cit p̄fessorem. secūda ibi. Confessor dulcis. Prīma adhuc diuidit̄ in tres  
partes. Nam p̄mo auctor ponit quedam documenta generalia. Secūda  
sp̄cialiter declarat de p̄tritione. et tercio de confessione. et etiam interponit a  
liqua de satisfactione. secūda ibi. Omnia pct̄a. tercia ibi. Vera sit inte  
gra. Dicit primo sic **¶** pct̄or facias cito penitentiam. et sequit̄ causa quia  
iudex. scz christus est misericos

## Circa textū dubitatur

**¶** Primo quid sit penitētia    Secundo vnde dicitur penitētia  
Tercio quotuplex est penitētia    Quarto quid proficit penitētia  
Quinto quare penitētia debet fieri cito    Sexto quomodo appareat  
q̄ deus sit misericos.

**¶** Ad primū dubiū respōdet q̄ penitētia. fm̄ Ambrosiū sic definit. Peni  
tentia est p̄terita mala deplāgere et plāgendalitey nō cōmittere. Vel fm̄  
Gregoriū. Penitētia est pct̄i cōmissi cū intima cordis contritōe et lachry  
maz effusione emēdatio. Et trahit̄ hec definitio ex dictis b̄ti Augustini  
dicētis. q̄ pct̄m nō dimittit̄ nisi plena cōtritio cū satisfactione op̄ez. p̄seq̄t̄  
Vel fm̄ Gregoriū. Penitētia est ante acta pct̄a deslere. et iterum stenda  
non committere. Ex quibus definitionibus. Prīmo sequitur q̄ peniten  
tia est solum pro pct̄is. Secundo sequitur q̄ penitētia est solum p̄ pct̄is  
commissis et non committendis. Tercio sequitur q̄ ad penitētiā sequi  
tur dolor de pct̄is. Quarto seq̄tur q̄ ad verā penitētiā req̄ritur intentio  
amplius non peccandi.

**¶** Ad sc̄dm dubiū dicit̄ q̄ hoc nomē penitētia. d̄r quasi pene tenētia. qz si  
ne pena et dolore nunq̄ sit p̄fecta penitētia.

**¶** Ad terciū d̄r q̄ p̄nia multipl̄r d̄dit̄. Pr̄io i infiore tm̄. q̄ ē d̄ iure natura  
liz. i. extiore q̄ ē ad arbitriū hoīs. Sc̄do d̄dit̄ i p̄niaz solēne publicāz. sua

**¶** ¶